



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Notitia Congregationum Et Tribunalium Curiae Romanæ**

**Plettenberg, Hunold**

**Hildesii, 1693**

Cap. XLI. De Congregatione super confinibus status Ecclesiastici.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63032)

quibus omnibus præsidet Gubernator Urbis tanquam Vice-Camerarius.

II. Cæterum carcerari nemo potest sine iudiciis. *Paulus III. Constit. 44. Ad onus.* Neque in Urbe pro debito, quod septem aureos non excedat, nisi habeat annexam causam criminalem. *Pius V. Constit. 10.* At qui Sortilegiis pactum fecerit cum Diabolo, & à fide apostata-verit, aut animalibus, frugibus, aut fructibus damnum dederit, carcere perpetuo clauditur, si vero mors hominis secuta sit, traditur iudicio sæculari. *Gregorius XV. Const. 46.* Carcerati infra triduum examinandi sunt, & deinde vel dimittendi, vel ponendi ad largam. *Paulus III. l. c.*

## CAPUT XLI.

### De Congregatione super Confinibus Status Eccle- siastici.

I. Alienatio bonorum prohibita à diversis Pontificibus.

2. In-



2. *Instituta hac super re Congregatio, qui eam constituent.*
3. *Quam habeat facultatem.*

I.

Sixtus V. prohibuit in Constitutione sua 3. *Sollicitudo*, alienari bona in exteros & Castra, aliaque bona jurisdictionalia tam in exteros, quam in subditos absque Sedis Apostolicæ licentia; quam prohibitionem innovarunt deinde Clemens VIII. in *Const.* 78. *Romanum* & Paulus V. in *Const.* 108. *Pastorale*. & Urbanus VIII eisdem confirmavit, declaravit & ampliavit, in *Constitut.* 65. *Decens*. Cum vero multæ alienationes contra prædictas Constitutiones factæ fuissent, præfixit Papa Urbanus ex sua benignitate per *Const.* 72. *Sedes*, terminum ad eas revocandum absque pœnarum incursum infliktione.

2. Verum cum & hoc parum profuisset, erexit & instituit idem Pontifex Congregationem super Confinibus Status Sedi Apostolicæ mediatè & immediatè subjecti. *Const.* 73. *Debitum*, quam præfatus est, unus è Cardinalibus qui Præfectus est, Thesaurarius Generalis, Advocatus & Com-



Commissarius Camerae cum quibusdam Prælatiſ tanquam Conſultoribus Congregationis hujus conſtituit.

2. Huic ergo Congregationi plena & abſoluta data eſt poteſtas omnes hujusmodi alienationes, aliasque diſpoſitiones contra formam dictarum conſtitutionum factas cognoſcendi, ac prout viſum fuerit, annullandi, moderandi, revocandi, confirmandi, aut de novo concedendi, & dubitationes quascunque declarandi, & decidendi, nec non lites & controverſias quascunque inter quoscunque audiendi, cognoſcendi, & quo ad Criminales, dummodo ſententiam ſanguinis per ſe ipſos non ferant, abſque alicujus irregularitatis incurſu definiendi, & decidendi, & confines quoscunque Status hujusmodi inviſendi, perturbantes quacunque ratione terminos criminaliter, eorum arbitrio omni appellacione remotâ, puniendi, idque ſummarie ac manu regia, ſola inſpecta facti veritate, omniaque agendi, quæ ſuper Confinibus & alienationibus ipſe Pontifex facere poſſet pro Status Eccleſiaſtici conſervatione etiam privative ad Congregationes, Tribunalia, perſonas, & Iudices alios *urb. VIII. cit. Conſt. 73.*

CAPUT